



2

Arten
II

FACULTATIS JURIDICÆ
DECANVS,
JO. PHILIPPVS

Streit, JCVS,

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTO-
RIS MOGVNTINI CONSILIARIVS
REGIMINIS,

AD

AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM

ad dict. L. Veteribus. ff. de Pa&

ET

DISSERTATIONEM INAUGURALEM

AD DIEM XXVI. AVGVSTI, M DCC XXXVII.

LECTOREM BENEVOLVM

PERHVMANITER INVITAT.

ERFORDIÆ,

Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,
Acad. Typogr.



FACULTATIS IURIDICAE
 DECANVS
 JO. PHILIPVS
 CIVIS
 EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTO-
 RIS MOGVNTINI CONSILIARIVS
 REGIMINIS
 AD
 AUDIENDAM LECTIÖNEM CURSORIAM
 ad bib. l. V. verborum p. 10. Post.
 ET
 DISSERTATIONEM INAUGURALEM
 AD THEM. XVII. APOST. IN ECC. XXVII.
 LECTOREM BENEVOLOM
 PERHVMANITER INVITAT.

ER F O R D I E
 Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERRINGII
 Acad. Typogr.





Est hominum, negotiorum, locorum-
que in hoc terrarum orbe diversitas
& vicissitudo, ut, quod alibi justum est,
alio in loco iniquum putetur, urgente
itaque æquitate & necessitate, variæ
leges fuerunt latæ, quarum aliquæ vi-
dentur ambiguæ & obscuræ, insuper fecunda li-
tium mater, has jam olim Romani, lumine natu-
rali atque honestatis imbuti tantùm præceptis, ab-
horreere solebant, nec bonum virum existimabant
eum, qui frequenter in lite versaretur suo nomine.
*Ulpian. in L. item si res. §. potest, autem, ff. de alienat.
judic. Muran. Caus. fact.* Hæc enim verecundia, in-
quit, & cogitatio ejus, qui lites execratur, non est
vituperanda. Quod & Justiniano placuit, *in insti-
tut. in Princep. de pæn. temerè litig.* Dùm ait; *Admo-
nendi sumus, magnam curam egisse eos, qui iura sustine-
bant, ne facile homines ad litigandum procedendi quod
E nobis studio est.* His tamen non obstantibus, et-
iam illi, qui alias lites execrantur, iisdem sæpe in-
vol-

volvuntur, & propter ambiguitatem & obscuritatem legis, se posterosque suos in processus conjiciunt, quos per pacta privata evitare voluerunt: jure enim traditum est, obscurum pactum contra venditorem accipiendum esse. *L. veteribus. ff. de pact. cujus verba sunt, veteribus placet, pactionem obscuram vel ambiguam, venditori & qui locavit, nocere, in quorum fuit potestate legem apertius conscribere.* Cui non obstant *L. 66. de judic. & L. 172. §. 1. ff. de R. J. ubi interpretatio sit contra reum.* Loquuntur enim de eo, qui aliquid dicit obscurum in judiciis, & ratio differentię eligans est in *L. 83. §. 1. d. V. O. neque etiam mutat L. 24. de contrab. emt. in qua pro venditore contra emptorem interpretatio sit propterea, quod emptio venditio erat non simplex, sed generalis, aut alternativa, ubi electis est debitoris, qui hoc in casu est venditor *Hahn. ad Wesenb. de pact. num. 10.* obscurum verò sumitur pro eo, in quo rei veritas, & intentio disponentis, etiam consideratis considerandis circumstantiis nec verisimiliter satis apparet. Cum dicta lege veteribus concordat *lex labeo 21. ff. de contrab. emt. ibi: labeo scripsit, obscuritatem pacti nocere potius venditori qui id dixerit, quam quia potuit ve integrā apertius dicere.* Ubi per verbum *legem* præcipuè intelliguntur pacta, conditiones, vel obligationes, quæ contractibus apponi solent, uti cum aliis bene animadvertit *Canisus ad Regulam 57. de R. J. in 6. hæc enim in jure etiam leges vocantur, privata scilicet, uti L. legem 10. Cod. de pactis. ibi: Legem, quam dixisti, cum dotem pro alumna dares, servari oportet. & L. contractus. 23. ff. de R. J. ibi:**

ibi: *legem enim contractus dedit.* Quod etiam in aliis actionibus, potissimum tamen in contractibus procedit. Sensus itaque *dict. L. veteribus* hic est: *Quando in contractibus, & aliis actibus pacta, conditiones, vel alie obligationes quasi leges ad alterum obligandum per verba obscura, dubia vel ambigua apponuntur, interpretatio facienda est contra eum, qui hujusmodi leges apponuit; Quia in obscuris minimum, id est, minus gravans & obligans est sequendum.* Juxta *REG. jur. 30. in 6.* Insuper is, qui asserit sibi alterum esse obligatum, vel se ab obligatione esse liberatum, probare debet *L. 2. ff. de probat. ibi: Ei incumbit probatio, qui dicit, non qui negat. & L. 1. Cod. eod. ibi: ut creditor qui pecuniam petit numeratam implere cogitur, ita rursum debitor, qui solutam affirmat, ejus rei probationem prestare debet.* Et quidem non qualemcumque sed claram, cum probatio obscura, vel dubia non relevet. *arg. cap. in presentia 8. de probat. L. 10. Cod. eod.* qui igitur non nisi per verba obscura, & ambigua alterum sibi obligatum dicit, merito contra se interpretationem pati debet, præsertim quia in ejus potestate fuit legem apertius dicere. Circa obscura verò procedendi, præsumendi & sequendi certus ordo videtur observandus, & quidem primò videntum, an non aliunde rei veritas, & quod actum est, appareat: hoc enim verè cognitum omnino sequi & tenere oportet, justum enim & æquum est, ut contrahentium voluntates, & pacta custodiantur. Secundò si de hoc certò vel sufficienter constat, id præsumendum, sequendum & tenendum, quod prudenter consideratis considerandis verisimilius appa-



ret juxta tenorem legum. Tertio, si verissimilis non apparet, id inspiciendum & sequendum est, quod plerumque, seu communiter & ordinariè fieri solet, præsertim in regione, in qua res acta est. Quarto, si nec hoc habere possit, minimum sequendum, & tenendum. *L. semper 34. ff. de R. J. ibi: Quid enim si neque Regionis mos appareat, quia varius fuit? Ad id, quod minimum redigenda summa est.* Et *Cap. 30. de R. J. in 6. ibi: in obscuris minimum est sequendum.* Cum in hoc partes certo conveniant, & errandi periculum magis declinetur. Dicta tamen varias habent fallentias, veluti, quando mens legem, seu conditionem obscure poentis certo aut verissimilis constat. Quamvis enim juxta hæcenus dicta in ambiguis contra proferentem interpretatio facienda sit, tamen ubi de mente illius certa, vel verissimilior notitia habetur, juxta eam procedendum est, per dicta. Porro, si ex facta contra obscure proferentem, tota dispositio irrita evaderet, interpretatio ita facienda est, ut verba aliquid operentur? Et dispositio potius valeat, quam pereat. *arg. L. item veniant. 20. §. 6. de heredit. petit. Et L. Quoties. 12. ff. de Reb. dub. ibi: Quoties in actionibus, aut in exceptionibus ambigua oratio est, commodissimum est, id accipi, quo res, de qua agitur, magis vadeat, quam pereat.* Quamvis etiam pro donatario interpretatio sit facienda latissima. *cap. cum dilect. in 6. de donat. ibi: quia in contractibus plena, in testamentis plenior, in beneficiis quoque plenissima interpretatio est adhibenda junctâ L. beneficium de constit. princip.* At tamen, quia donare suum perdere est. *L. filiusfam. pr.*

*pr. ff. de donat. suum autem jactare in dubio nemo
præsumatur. arg. L. cum de indebito. 25. pr. ff. de pro-
bat. meritò pro donante sit interpretatio, ubi de do-
natione non satis constat. Quæ variis exemplis
juris declarari possent, sed hanc materiam, occasio-
ne dict. L. veteribus. ff. de pact. pluribus in lectione
cursoria explanandam elegit.*

NOBILIS ET CLARISSIMVS
DOMINVS
STEPHANVS FERDINANDVS
FICHTNER,


Natus XIX. Octobris An. MDCC X. Patre nobilissi-
mo Dn. FICHTNER, Jcto, perillustris Senatus
Reipublicæ Norimbergensis Consiliario, & Pande-
ctarum Profess. Ordin. & matre CATHARINA
CHARLOTTA, celeberrimi Medici JOANNIS
MAVRITII HOFFMANNI filia. Optimi hi Pa-
rentes primam curam in id intenderunt, ut lavacro
generationis filius initiaretur, & ut optimè educa-
retur, quam primum itaque ætas permisit, curæ at-
que informationi præceptorum eundem demanda-
runt, & succedentibus annis in Scholam Altdorsina-
nam publicam miserunt, religionisque christianæ
principiis ac liberalium artium fundamentis imbu-
endum curarunt. Aptum itaque ejus ad studia in-
genium ad altiora adspirans, in Inclyta Academia
Altdorsina celeberrimorum ibidem docentium Do-
ctorum, & Professorum, etiam Domini sui parentis
pie memor. collegia frequentavit. Tandem Uni-
verfi-



verstratem hujatē accessit, & à Facultate Juridicâ
ad consuetum examē Candidatorum admitti mo-
destò petiit, admittus, Textus ex utroque jure assi-
gnatos solidè resolvit, & ad Quæstiones propositas
ita respondit, ut unanimi consensu ad ulteriora ad-
missus, & eidem publica Cathedra aperta fuerit, in
qua cras, 26. Augusti, horis consuetis lectionem
cursoriam ad dict. *L. Veteribus. ff. de pact. eâque fini-
tâ Disputationem Inauguralem*

DE
**EXPOSITIONE VASIVM
AENEORVM AD FORES
TEMPLI**

habebit. Ad quos Actus solennes Magnificus Do-
minus Rector, cæterique Domini Proceres & Cives
Academici perhumaniter invitantur. Publ. sub Si-
gillo Facult. Jurid. 25. Augusti MDCCXXXVII.



65 717

AB: 65717

X 2290245

VD 17





FACULTATIS JURIDICÆ
DECANVS,
JO. PHILIPPVS

Streit, JCVS,

EMINENTISSIMI PRINCIPIS ELECTO-
RIS MOGVNTINI CONSILIARIVS
REGIMINIS,

AD

AVDIENDAM LECTIONEM CVRSORIAM

ad dict. L. Veteribus. ff. de Pa&.

ET

DISSERTATIONEM INAUGURALEM

AD DIEM XXVI. AVGVSTI, MDCCXXXVII.

LECTOREM BENEVOLVM
PERHVMANITER INVITAT.

ERFORDIÆ,

Typis JOHANNIS CHRISTOPHORI HERINGII,
Acad. Typogr.

